



**Illusterrissimi Marchionis Scipionis Maffei Historia  
Theologica Dogmatum Et Opinionum De Divina Gratia,  
Libero Arbitrio Et Prædestinatione**

**Maffei, Scipione**

**Francofurti ad Mœnum & Moguntiæ, 1756**

VI. Disquisitio brevis de doctrinâ Aristotelis, quantum quidem ad præsens  
argumentum referri possit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95061](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-95061)

BREVIS DISQUISITIO  
DE  
DOCTRINA ARISTOTELIS  
QUANTUM QUIDEM AD PRÆSENS  
ARGUMENTUM REFERRI POSSIT.

**Q**uoniam Theologica fabricantur systemata, secundum quæ congenitæ sibi libertate arbitrii privandus, spoliandus que foret homo, non Christianum duntaxat dogma, Divinasque doctrinas oppugnant; sed naturali etiam lumini, doctrinæ humanis, communique sensu adversantur pariter, ac vim faciunt. Quâ in re non modo à sacris paginis, sanctisque Patribus, sed & à sapientioribus Gentilium, celebroriibusque Philosophis reprobatos se conspiccantur, ac confutatos. Quod cum summopere ipsis displiceat, summam ponunt cum in elevandâ Philosophiae auctoritate, ac quantum fieri potest, persuadendo, erroneum esse, quidquid in materia morum scriptum fuerit à Paganis; ideoque non modò cœcutire illos in rebus ad sublimia mysteria pertinentibus, sed & in iis, quæ à ratione derivantur, quæque prudentissimis, celebratissimisque antiquorum & ingenium, & studium, & ipsa adeo natura indidit, atque ut cultioribus omnibus id traherent nationibus, induxit. Impugnant hoc ipso opinionem communem ætatum omnium, cultiorumque gentium, quæ Græcis, Romanisque legibus tantopere semper applausæ, tantumque derulerunt honorem, atque ejusnam deferunt. Opponunt se item doctrinæ, & exemplo SS. Patrum, qui, ubi agebatur de honesto in genere, de actibus humanis, de divisione, & subiecto virtutum, de virtutis, æquo, & iniquo, de merito præmii, vel supplicii, vestigia à Philosophis impressa, ac designata, ordinem ab ipsis inductum, lumina, & considerationes ab ipsis propositas unanimis secuti sunt, ac rata habuere. Primis æræ Christianæ saeculis quisquis dogmatis de Trinitate, & Incarnatione insultare eaque impie ridere volebat, arma à Philosophis mutuas in campum prodibat; quod veritatibus omni humano intellectu tanto superioribus adversari certissime non possent omnes humanæ speculations, meditatio[n]esque illæ dogmaticæ, quæ sola duce naturâ prognatae fuerant. Atque id causæ fuit, cur Patres tantopere reprehenderent eos, qui fidem habebant Philosophis, cupiebantque cum eorum opinionibus Christiana mysteria conciliare. Id quoque causæ fuit, cur Apostolus scripsit ad Cor[inthios] (1) t. 1. p. 209. καὶ τὸν ἐγενέτην τὴν πατούσαντα πλήθες &c. τὸν τοῦτον διειπέντε, καὶ &c.

ses: *Vide te, ne quis vos decipiat per Philosophiam.* Non est tamen idem dicendum, ubi de materiis à nostro ratiocinio pendentibus differitur, atque de iis facultatibus, per quas Divina clementia mentes humanas integrō, ac sufficiente lumine dotavit, atque instruxit. S. Gregorius Nyssenus docuit in vita Mosis, injungi viro virtutem quærenti, ut & illas sibi conquerat doctrinæ opes, quibus alieni à fide superbium. Siquidem jubemus Philosophiam morum, Astronomiam naturalem, Geometriam, Musican, Logicam, aliasque omnes, qua ab externis excoluntur, artes ac scientias eripere his, qui iisdem se ditant in Aegypto, ut meliores illas in usus convertamus. En, inter scientias, quas à Gentilibus discere nos deceat, primo loco ponit Sanctus Philosophiam morum, nec Logicam prætermitit. Videat quis amabo, quam longè à vero abeat, qui omnem Theologo Philosophiam inutilē esse declamat. S. Thomas contra negantes libertatem indifferentiæ, tanquam validam contra hæreticum hoc principium rationem hanc adduxit, quod *subvertat omnia principia Philosophie Moralis.* Quibus verbis docuit, quanto in pretio habenda sit bona, ac sana morum Philosophia.

II. Cum vero inter omnes antiquos speciatim resplendeat Aristoteles, inque celeberrimis suis tractatibus præcipua cum veterum tum recentiorum sectariorum axioma funditus evellat, ac destruat, in Aristotelem potissimum ipsorum invectivæ, ac tela torquentur. Credi volunt hunc Philosophum, sentinam omnis erroris, parrem omnium hæresum, & fontem gravium omnium in rebus credendis offensionum; vindicturque sibi, quando ostenderunt opinionem aliquam à Peripateticis non diligere doctrinis, eadem etiam opera hanc Christianam non esse demonstrasse. Jansenius saepenumero eum invadit, deprimit, ac risu traducit; & quod miratu dignissimum est, hæresin ei tribuit Pelagianam. Praefatione in librum sextum ita loquitur: *Neque enim aliud est quicquam hæresis Pelagiana de gratia & libero arbitrio quam pura p[ro]p[ter]a Aristotelica Philosophia.* Etcap. 10. *Ex pars Philosophiae Aristotelicae principiis tota hæresis Pelagiana, & Semipelagiana fabricata est.* Profecto aut hic se etiam doctum es-

de Malo q[ui] 6. a. un.

**I. lib. 6.** quam ad ipsa se penitus intulerat. Videatur amabo, ubi fusa demonstratum fuit in historiâ Theologicâ, indagatis radicibus nondum ab altero observatis, quomodo non ab Aristotele, sed ex Pythagoræ Zenonisque placitis Pelagianâ hærefis manifeste duxerit originem. Commune aliud Aristotelei cum Pelagii nihil fuisse ostendere potest Jansenius, quâm quod crederet uterque, posse liberum arbitrium per se & bonum, & malum exerere. Sed nunquid & ceteri omnes Philosophi, ac homines idem sub id tempus credebant? Quis fuit Gentilium, qui bonum supernum à naturali distingueret, & qui sciret non posse nos verum bonum, nisi gratiae virtute? Iisdem porro vestigiis nostra insistit Anonymus, nec raro jam inde à præfatione in primum suum volumen Aristotelem, & Peripateticos vilipendit, & accusat. Jactat sensisse secum Ecclesiam, priusquam emergent Peripatetici.

**I. p. 49.** Plura hic intricat, quæ subsistere nequeunt. Sed ut parcamus temporis, pergamus, ubi affirmat. Neminem SS. Patrum nè tantum quidem sfragiritæ placitis adhæsse, quod hæresum omnium fontem Heretica existimavit Antiquitas. Quæ hic sit heretica illa Antiquitas quam ipse intelligit, quis assequi queat divinando? Cæterum non parum certè admirandum esset, quod tantum profluvium hæresum ex stagirite doctrinis prævenientium non animadverterit Magister sententiarum, Albertus M. S. Bonaventura, & totallii, ac speciatim non id deprehenderit unquam S. Thomas, qui soli ipsi tribuit nomen Philosophi ἀριστοτελεῖον; sempèrque in quæstionibus morum placitis usus fuit Aristotelicus. Et hoc non obstante post assertions prædictas non dubitat Anonymus, de S. Thomâ tanquam sibi favente inferre mentionem.

**I. p. 23.** III. OBSTUPESCI idem alio in loco, quod tam magnifica de Aristotele senserit Author historiæ Theologicæ, qui Patres sex (quinque) primorum saeculorum compilavit, cum tamen ab ipsis it hæresum omnium fons Aristotelica Philosophia haberetur. Opinio illa magna objecta historico consistebat in eo, quod dixerat, neminem melius esse de actibus humanis, & voluntario. At ubi inter antiquos reperiatur fontem omnium hæresum exitisse Philosophiam Aristotelicam? In dictorum suorum Confirmationem adducit nomina quedam Patrum, at hunc sensum in nullo illorum ostendere posset, ideoque falso adducuntur. Series illa nominum descripta est ex opere Launoii de variâ Aristotelis fortuna in Universitate Parisiensi. Accerrimus ille stagiritæ hostis operose inquisivit in omnia, quæ contra ip-

sum in Patribus loca inveniuntur: Verum apparatus iste non militat in re præsenti. Plurimæ ex his sententiis omnes ex æquo feriunt Philosophos, & contra illorum in summis sanæ fidei religionisque mysteriis cœcitatatem depugnant. Atque inde est, quod hæreticorum Patriarchæ appellati à Tertuliano fuerint Philosophi. Seriei parum fidæ Patrum Aristotelem reprehendentium recitatæ quondam à Launoio, & modò ab Anonymo exscriptæ opponuntur longior illa Possevini, recitantis in bibliothecâ suâ eos qui carpserunt, atque impugnârunt Platonem, allatis singulorum locis. Magnam sanè Plato laudem rulit: Nihilominus dolebat Tertullianus, se videre, quomodo illo ipso ad sua condienda embammata omnes abuterentur. *Doleo bond' fidei, Platonem De An. c. omnium hæreticorum conditum viuum factum.*

In Petavio ita legitur: *De Platonis Philosophiæ major, & antiquior est exp. studatio Christianorum Patrum;* hanc afferens causam, quod ex fabulis Platonicis magna pars hæresum pullulârit. Ex Aristotelicis operibus reprehensa præcipue à pluribus scriptoribus fuit ejus Dialectica, sed propter abusum Gentilium ex eâ Incarnationem, & Trinitatem impugnantium; ut inter cæteros clare colligitur ex S. Epiphanio. Sic

Ambrosius: *In ijs gymnasij suis jam Dia- De fidel. lectica rœcat. Hæretis Ariana, scribebat D. c. 5. Hieronymus, argumentationum rivos de ed. Ver. Aristotelis fonte mutuatur: Et alibi: Dia- c. 2. c. 183.*

*Dialectici, quo: um Aristoteles princeps est, solent argumentorum retia tendere. Sed num ideo t. 7. c. 735. dicetur, eam, si sobriè adhibeat, utissimam non esse ad detegenda sophis- t. 1. c. 346. mata, elucidandâmque veritatem? Nonne ideo eam vocavit Augustinus disciplinam disciplinarum? Dixitque de eâ: *Hæc docet do- t. 1. c. 346. cere, hæc docet discere; in hæc se ijsa (I ipsum) ratio demonstrat?* Non defuit ex nostris, qui ostenderet, intellectas modo inverso fuisse ab hæreticis regulas Aristotelicas, quas adducebant. Videatur S. Cyrillus Alexandrinus contra Eunomium. Exprobavit Didymo Theodoreus, quod uteretur syllogismis Aristotelis, & eloquentiâ Platonis; at non illâ parte; quod per ipsis demonstrabatur veritas. Ubi in Pelagianarum opinionum defensionem & Pythagoram, & Platonem, & omnes nominatim Philosophos Julianus retulit, Aristotelis ne verbo quidem meminit, ut videre est apud S. Augustinum. Con-*

sueverat equidem, ut imperitis imponeret, ad categorias recurrere; sed eò jam redacti fuerant factiosi, ut non inquirent amplius Dialecticos judices de scholis Peripateticorum, sive Stoicorum, à quibus defendentur, abiolverenturque. Videatur apud Proleg. t. 1. c. 44.

Theologum supra relatum longa Patrum series, qui armis Dialecticis confecere hæreticos

feticos. Nullam itaque vim habet declama-  
tio Launoyi, in cuius allatis locis plures  
etiam deregī possent voces ambiguæ, op-  
ponique ex adverso laudes amplissimæ tot  
in Voluminibus Christianis in Aristotelem  
profusa.

IV. PLURIMI facit ipse, quod jussert  
synodus Episcoporum aliquot ad annum  
1209. Parisiis aliquos Aristotelis libros com-  
buri. Circumstantia hæc tantummodo à  
certo quadam Rigordo narratur, ceteris  
eius temporis scriptoribus tòtiusque illius  
seculi, qui non desunt, altum hæc de re si-  
lentibus. Rigordus autem scriptis incurris-  
se in hanc condemnationem libellos quodam  
de Aristotele, ut dicebatur, compostos. Non  
erat itaque exploratum, illos vero esse ip-  
fius; poterantque esse confici, ac supposi-  
ti ab Almerici illius sectatoribus, cujus his  
in libellis promovebatur hæresis. Scriptis  
istidem Rigordus, allatos fuisse illos de novo  
à Constantinopoli: At si fuissent Aristotelis,  
non novi fuissent Parisini, utpote quibus  
ante annos amplius sepraginta eum præ-  
legerat Magister sententiarum. Dicit iti-  
dem tractasse illos quæstiones metaphysi-  
cas; assente contra Hugone Roberti  
continuatore, scriptore eriam συγκροιη,  
complexos fuisse illos Philosophiam natu-  
ralem, ejusque lectionem ad tres dyntaxat  
anos fuisse prohibitam. Ostentat itidem  
Launoyus diploma quoddam Gregorii IX,  
in quo habetur, non adhibendos esse in  
scholis Parisiniis libros à Concilio Provin-  
ciali prohibitos antequam examinati essent,  
Et ab omni errorum suspicione purgati. De  
diplomate hoc omnibus semper ignoro  
quid dicemus? Id tantum dicatur, non ap-  
parere in eo prohibitionem absolutam; di-  
catur item, quod nunquam facta fuerit pro-  
hibitio aliqua id securè fatus colligi ex eo,  
quod paulo post eosdem illustrandos, com-  
mentandosque Albertus M. & D. Thomas  
suscepint. Quod si etiam sinistri quid pas-  
sa fuisse Aristotelis opera, prævalere plus  
satis applausus, & testimonia benigna, &  
magis illustrato, cùm Pontificis edictis,  
tum ab Universitate Parisensi iisdem im-  
pertita. Habemus ex ipso Launoyo, pro-  
scriptas à Facultate Theologicâ ad annum  
1624. solenni decreto fuisse propositiones  
aliquas, quod effent ex professo contra doctrinam  
Aristotelis omnium Philosophorum sine  
controversia principis.

Ap. Laun.  
c. 17.

V. QUANDOQUIDEM autem hodie non  
nullorum operā adeò divulgata fuit execra-  
tio Aristotelis, adeoque invaluit opinio,  
quod ad hæreses viam sternat, abs re non  
fuerit, offendere, in quantō hi homines ver-  
sentur errore, & quomodo ex adverso ne-  
mo Gentilium ad doctrinas Catholicas pro-  
pius illo accesserit. Non quò eum asseram

gravissimis etiam vacare erroribus, aut non  
coactuisse illum necessariò perinde ut cæte-  
ri, aut quandoque ab obscuris implexisque  
locutionibus, atque antilogiis vindicari ci-  
tra negotium posse. Ridiculus profectò fuit  
cultus ille adeò superstitionis, qui quibus-  
dam sacerdoti nominis ac scriptis illius Philo-  
sophi delatus fuit. Qui præclarí quidpam  
indagaverat, aut detexerat, totus in eo erat,  
ut persuaderet, non suo se id ex cerebro,  
sed ex Aristotele prompisse, citra quod  
non credebant id laudem habiturum. Cæ-  
terū generatim loquendō, quantum qui-  
dem mortali ingenio dilucidari, ac demon-  
strari ratione possunt, ad Christianas op-  
niones, ac placita propiūst multò ipsi, quam  
ceteris contigit accedere. Primum hæc in  
reargumentum esse posset illud ipsum, quod  
pro se adducunt adverſarii, data nimurum  
hæc in re Platoni elogia. Binoshos esse duos  
illos principes ac heroes Philosophiae, com-  
muni dicebatur proverbio. Quemadmod-  
dum autem Plato pluribus in locis, mul-  
tisque tempore facilior traçtabiliorque cre-  
ditus fuit, ita & collatum fuit hoc in iustum  
non raro, atque à recentiorum non paucis  
repetiūm elogium, minime ipsum à doc-  
trinis Christianis recedere. Omnim in-  
star sit Augustinus, qui scriptis de veris Phi-  
losophis, paucis mutatis verbis, atque senten-  
tias Christiani fierent, sicut plerique recentio-  
rum, nostrorūmque temporum Platonici fece-  
runt. Et scriptis: Mirantur quidam, cum De Civ. D.  
audiunt, vel legunt, Platonem de Deo ita sen-  
tire, que mutum congruere veritati nostræ  
religionis agnoscant. Dispicunt tamen ei post-  
modum, quod tantis eundem extulerit lau-  
dibus, ut videre est in Retractionibus.  
Verum admissa hæc ejus laude, negari ne-  
quit eadem Aristotelis, propterea quod hu-  
jus Philosophia, quantum quidem huc fa-  
cit, fuerit eadem magnam certè partem.  
Secus non opinabitur, qui serio utramque  
expenderit. Differentia nonnunquam con-  
sistit in vocabulis, & difficultas in eo quan-  
doque est, ut verus eruat sensus senten-  
tiae, propter obscuritatem, atque etiam in-  
constantiam. Concordia hæc ab antiquis  
juxta ac recentioribus, iisque non paucis  
observata fuit. Habemus ex Suidā, conscrip-  
tisse Porphyrium libros septem, ad offen-  
dendum consensum Aristotelis, & Plato-  
nis, eorumque doctrinam<sup>1</sup> esse eandem. Suffi-  
ciat tamen testimonium S. Augustini, ut-  
pote qui erat amicissimus Platoni: Quid De Civ. D.  
autem ad eruditionem, doctrinamque artinet,  
& mores, quibus consultitur animæ, quia non  
desuerunt acutissimi, & solertissimi vivi, qui  
docerent disputationibus suis Aristotelem, ac  
Platonem ita sibi concinere, ut imperitis, mi-  
nusque attentis dissentire videantur. Hinc est,  
quod quemadmodum creditum fuit, à non

De ver. re.  
lig. n. 7.

I. 8. c. II.

(1) περὶ τῆς μητέρης εἰδήσεως τῶν πλάτανος, καὶ Αριστοτέλους αἴγαθος

paucis, licet falso, legisse Platonem scripta Prophetarum in Aegypto, ita narrat D. Clemens Alexandrinus, probasse Aristobulum: <sup>1</sup> Peripateticam Philosophiam depromptam esse ex lege Moysis, aliorumque Prophetarum. Observentur rationes, ob quas veræ religioni consentientem censuerit doctrinam Platonicam. Fuerunt nimis, quod improbarit, rejeceritque Theologiam fabulosam, historiam Deorum, & honores ipsius in spectaculis exhibitos: Quod agnoscat Deum authorem omnium, & felicitatis largitorem; materiam nec esse corpus, nec Deum, nec animam, felicitatem in virtute, Deique contemplatione positam esse. Omnes autem hæ veritates etiam, imò melius multò leguntur in Aristotele, modo idem erga ipsum, ejusque idioma geratur animus, eademque judicij habeatur æquitas, quæ erga Platonem. Agnoscit haud difficulter potest, quām chimæricæ sint accusationes plurimæ à non paucis, ac speciatim à Francisco Patritio, nec minus ab ultimo scriptore historiae Philosophice Aristoteli, ejusque opinionibus impæctæ. Colligique adhuc melius potest, quām æqua, & quām verosimilis sit imaginatio nostri Anonymi, quod nimis Peripatetica Philosophia habita fuerit fons omnium heresum.

VII. SED solenne, ac legitimum exerceri judicium in Aristotelem non potest, ipso non interrogato. Multa supersunt ex Operibus ab ipso conscriptis, in quibus multò magis opiniones ejus investigari possit ratio, quām in aliis. Quod in illis ipse contra Philosophos illös, quos Atheos nuncuparunt, Divinitatem semper propagnabit, aut tanquam certam posuerit, aut à mundo distinetam, omniumque rerum censuerit, neminem latet. Verum punctum hæc in materia magis essentiale, & in quo primum religionis fundamentum consistit, est, ut dispiciamus, an censuerit Deum esse unicum, aut, quod passim fecere gentiles, admiriferit πολύτεα? Hac autem in rectum, atque indubitatum esto, neminem alium Gentilem per totam retrò antiquitatem ita constanter asservuisse, Deum existere unum, & solum.<sup>2</sup> Unus equidem est, at plura soritus est nomina. Ita & pronunciat in libro, tanquam ejus sit, jam tam relato à S. Justino, quémque commentans Apulejus, vocavit propter hunc ipsum Aristotelem prudentissimum, & doctissimum Philo-

Ap. de  
mundo.

sophorum. In eodem affirmat, continere Deum in se principium,<sup>3</sup> & finem, & medium omnium rerum existentium; antiquam item esse, communemque sententiam: Ex Deo<sup>4</sup> omnia, & per Deum nobis constituta esse. Nullamque naturam sibi sufficere, privatam salutem, quæ ex ipso est. Non rectè dixisse nonnullos, omnia Deo plena esse;<sup>5</sup> cùm bujusmodi locutio quidem conveniat Divine potentiae, at non essentiae: S. quiescit Deus quidem Servator, & pater est omnium in mundo quocunque etiam modo existentium; non ita tamen, ut dum ipse operatur, debilitati obnoxius sit, ut effet vivens mortale; sed qui virtute utens infatigabili res etiam longissime dispositas gubernet. Paulus post:<sup>6</sup> Optimum itaque, decens, ac maximè congruum Deo est, credere, quod residens in Cœlis potestas Divina rerum etiam maxime dispositarum, in omnium se reddat parentem. Eodem capite repetitur, dici magis propriè, quod vis ejus ex alto penetrans<sup>7</sup> circumagat solem, lunam, totumque Cœlum, omnésque in terrâ viventes conservet. Hoc modo natura Divina virtutem suam nonnunquam è partibus viciniорibus emittit<sup>8</sup> ad remotores, ut omnes penetreret. Dicit demum hoc Deum esse mundo,<sup>9</sup> quod navi gubernatorem, quod currui auri-<sup>1.2. c. 12.</sup> gam, quod exercitū Imperatorem. Id quod à verâ quidem & Theologicâ Dei idèa longissimè quidem abest; ostendit tamen, quomodo hic Philosophus asseruerit ejus unitatem, mundi gubernationem, ac providentiam. Non deficit, qui librum hunc vocaret in dubium; sed quis rectius de eo judicium ferre potuit, quām vir ille incomparabilis Albertus Fabricius? Sribit is in hæc verba: Perspicuum esse puto, scriptum illud verè esse Aristotelis; & alibi: Neque dubito, hoc scriptum inter γνώσια Ph. losophi monumenta referre.

VIII. IN octavo Physicorum fusè ostendit, necesse esse, ut sit<sup>10</sup> aeternum immobile, unde omnis procedat morus, idèque primum movens esse immobile. Paulus post:<sup>11</sup> Manifestum etiam hinc fit, necessarium esse, ut primum movens sit aeternum, & unum. Loqui clarius ipse non posset. Ostendit etiam, quomodo illud nequeat habere partes, & magnitudinem finitam. Omnem itaque corporis speciem à Deo excludit: Atque ita observavat Laertius, qui viderat opera hujus Philosophi, quæ ad nos non pervenire,<sup>12</sup> incorporeum demonstravit Deum, pla-

(1) Strom. lib. 5. ἡ τὸ κατὰ Μάρκα νέας &c. ἀρχὴ τε, καὶ τελεύτης, καὶ μέση τὸν ὄγην αἰτίαν εἰχεν. (2) de Mund. c. 7. Eis δὲ ἀπολογημένος εἰσ. (3) (4) Cap. 6. ὡς ἐξ Θεοῦ τὰ πάντα καὶ διὰ Θεοῦ οὐκ εὑνέσθαι. θεωρία δὲ Φυσικοῦ αὐτῆς καὶ τῶν αὐτοῖς εὐλόγων, εἰρηνεία τῷτε τὰ τέλη των οὐκετίων. (5) τὴν μὲν φύσιν αἰτίαν εἶται καὶ πεποντα καταβαλλόμενος λόγος, καὶ μὲν τὴν γενεσίαν των μὲν γενετικῶν αἰτίων εἴτε τῶν θητικῶν τοῦτον καθόπου ευτίλεμον ἐστός: καὶ μὲν αὐτοῖς εἰσεγένεται. (6) καὶ τοῖς πλέοντας αἰτίοις τοῖς διόπλιθοις τοῖς τοῦ ποταμοῦ εὐτίλεμον εἴσεσθαι. (7) αἱρετοὶ τοῖς εἴδη τῶν οὐκετίων. (8) οἷς τὰ ποταμίαν &c. (9) πατέρα δὲ ὅπερ εἰ τοῖς κυβερνήσῃς, τῷ αἰρετοὶ δὲ εἴδης &c. (10) Phys. l. 8. c. 6. καὶ τὸ πρᾶτον καὶ τὸ πάντα. (11) φωνὴν δὲ καὶ τὸ τύπον, οὓς αἰρετοὶ εἴδη τοῖς ποταμοῖς καὶ ποταμίοις. (12) in Arist. τὸ δὲ οἰστρον αἰρετοὶ παρέψουσι.

*nē ut Plato.* Considerationem merentur verba sequentia, licet spectato libri contextu, ambigua nonnihil ejus mens māneat.<sup>1</sup> *Omnia vel sunt principium, vel à principio.* *Infiniti autem non est principium, esset enim ejus & finis.* *Est igitur & ingenitum, & incorruptibile.* Apparet insuper:<sup>2</sup> *Complecti ipsum, ac gubernare omnia;* atque ita dicunt omnes illi, qui prater infinitum aliam causam non admittunt; *cūjusmodi esset mens, aut amicitia;* & hoc ipsum aijunt esse Divinum, cūm immortale sit, & perpetuum: *Quemadmodum Anaximander, plurimique alii existimant Philosophi.*

VIII. INITIO Metaphysicorum docet:<sup>3</sup> *Inter scientias illam maximè honorandam, que Divina maximè est: talēmque duabus de causis solam esse illam, quā Deus præditus est potissimum, cūm Divina sit inter scientias, & rebus in Divinis versetur, propterea quod utrumque consecuta sit; quandoquidem Deus & causa & principium ex omnium opinione sit.* Libro 10. Præter duas has scientias (Physicam, & Mathematicam) alia quædam est, quæ versatur circa ens ab aliis separatum, & immobile. *Quod si hujusmodi datur substantia, hoc est sejuncta, & immobilia, quemadmodum demonstrare conabimur;* & si qua est natura talis in iis, quæ sunt, ibi certè eivit Divinitas, eaque natura primum, ac principale principianum erit. *Perpicuum est igitur, tria genera esse scientiarum, quæ rem animo cernunt, Physica, Mathematica, & Theologia.* Ac præstantissimum quidem genus est earum, quæ rem animo cernunt, sed barum ipsorum ea, quæ extremo loco nominatae sunt. In eo enim, quod omnibus, quæ sunt, præstat, & excellit, versatur. In undecimo repetit, necessarium esse, dari substantiam æternam, immobilem.<sup>4</sup> Quoniam igitur<sup>5</sup> est quod movetur, & quod motum affert (intelligit de primo Cœlo) præfictō medium quiddam est, quod motum affert, nec movetur; idque æternum est, essentia, & actus. Et postea: Quoniam autem aliud est, quod ipsum moveat, quod idem & immobile est, & re ipsa est, id; ut moveatur, fieri nullo pacto potest. Hoc autem vocat principium, & addit, quod ab hujusmodi principio Cœlum, & natura dependeant.<sup>6</sup> Post hæc ait: *Vitam esse actum mentis,*<sup>7</sup> Deum esse actum, ac proinde vitam suam, eamque perpetuam, & optimam;<sup>8</sup> unde pronunciat, *Deum esse vivens optimum, & æternum; cūm vita & æternitas continua sit in ipso;* quan-

doquidem hoc ipsum sit Dei natura. Absolvit hunc librum, damnans admittentes plura principia, adferensque versum illum illius:

*Non bona res plures Domini: Rex unicus esto.*

Legitur itidem in alio opere:<sup>9</sup> *Actio- nem fore semper jucundissimam in eo, qui na- turā prædictus est simplici; idēque Deum vol- luptate frui simplici, ac semper uniformi. Et in alio:* <sup>10</sup> *Deus felix & beatus est non bonis extrinsecis, sed seipso.*

IX. QUÆ Aristotelis de naturâ Divinâ mens fuerit, mirum in modum vel ex eo confirmatur, si observemus, quomodo in omnibus suis operibus, ubi de Divinitate incidit mentio, numerum singularem ut plurimum adhibeat, dicendo *Deus*, non *Dīi*, ut solenne est Gentilibus. Paucis illis vicibus, quibus Deos nominat, referunt semper dictum ad opinionem vulgarem, atque id temporis receptam. Atque ita fit, ubi laudat cultum Deorum, & quod negetur sacerdotium plebejis, ratum haber in Politicis; item ubi commendans, nē per-<sup>de Rep.</sup>  
<sup>1. 2. c. 2.</sup> mitantur pictura obscenæ<sup>11</sup> meminit le- gis permitentis senioribus, ut habeant, ho- norēntque Deorum certorum ridiculorum simulacra minùs honesta; atque ita etiam in alio quodam loco. Quandoque etiam ad secundarias, atque subordinatas intelligentias alludit: At Vestæ, Junonis, Veneris, Mercurii, aliorūque omnium nomina nunquam recitat; atque ubi de sacro cultu differit, quemadmodum sit speciatim in Politicis l. 7. c. 8. Deorum istorum non meminit, neque eorum honori statuit ceremonias, aut sacrificia. An ex hac tenus alatis non planè diluantur quædam recentiorum speculationes, adhibitæ ut secus sensisse Aristotelem persuadeant, involuti, & nescio quā caligine perfusis ejus opinionebus, examinare poterit, qui volet. -- In locis adductis non videmus tantummodo unitatem Dei, sed & bonitatem, & providentiam, & incorporeitatem, & omnipotentiam. In horum Confirmationem attulit, laudavitque versus Agathonis; quibus recte dixerat Tragicus ille Poëta.<sup>12</sup>

*Tantum Dei illud est negatum Numinis,  
Quæ facta sunt semel, non facta reddere.*

X. JAM vero ut ostendamus, quantum hoc in genere cæteros omnes antegressus

(1) Ἀπωλεὶα γὰρ οὐ δέκεται, οὐ δὲ πέντε οὐδὲ τρία δέκα, τὸ δὲ αὐτὸν οὐδὲ τέσσερας. (2) καὶ περιέχειν ἀπάντα, καὶ πάντα γνωσθέντα &c. (3) οὐ γὰρ θεοτάτη, καὶ τιμωτάτη. (4) οὐδὲ μάρτυρες εἰναι αἴδιοι τὰ στοιχεῖα αντιτονοῦν. (5) ταῦτα δὲ τὸ κινητόν, καὶ ποιόν, μετονοματικά τοι, οὐδὲ κινητόν καὶ οὐδὲ στοιχεῖα τοῦτα. (6) οὐ ταῦτα τὰ δέκατα δέκατα τὸ στοιχεῖον, καὶ οὐ δύοτα. (7) οὐ γὰρ νῦν τοῖς τετράγωνοις ζῶσιν. (8) φασίν δὲ τὸν θεὸν εἶναι δύοτα αἴδιον αἴροντος, ζῶσαν αὐτόν, καὶ αὖτε συνεργοῦντος αἴδιον υπάρχειν τὸ Θεῖον, τοῦτο γὰρ οὐ θεῖον. (9) Eth. I. 7. c. 15. διὸ οὐ θεος αἱ τιμαί. καὶ αὖτε κατέστη πρότερον. (10) de Rep. I. 7. c. 1. οὐ τιμαιμένον πιντεῖται &c. (11) I. 8. c. 17. οὐ μὴ ποτὲ τοῦ θεοῦ τιμαί τοισι, οἷς &c. (12) Eth. I. 6. c. 2. διὸ ἐργάσεται Αγάθων. Μόνος γὰρ αὐτὸς καὶ θεος τιμαιμένος.

tom. 3.  
ep. 3.  
rit, scripturum se initio *Deus* in numero singulari, quando serìo; at *Dei* in numero multitudinis, quando joci causà scripturus esset. Nonne autem pluris faciens erit Aristoteles, qui, tametsi idem adhuc urbi præcesset Magistratus, ipsèque metu compulsus in Chalcidem profligerit, non tamen idcirco την πολιάρχειαν proponit, nec vulgo concedit aut Martem, aut Junonem, nec alterius cuiuspiam unquam fuis in libris injicit mentionem? Nonne igitur se adaptavit, conformavitque multo magis ad Christianorum sensa, & mores? Profectò Theodoretus, factâ honorificâ mentione loci ex epistolâ ante relati, dixit nihilominus, hâc adulatioen Platonem obfuisse multum legenibus. Cæterum injurii essemus in Platonem, si debitam ei laudem vellemus detrac̄tam. Mira habet dicta, pias ac religiosas sententias, ac sensa quæ videri possint inspirata; eamque ob causam à Christianis etiam Scriptoribus laudibus celebratus fuit. Reperitur in Phædone *Deum nôstri curam gerere, nôsque esse ejus possessores?* Mortem non esse, nisi liberatio-*nem animæ à corpore.*<sup>3</sup> Philosophiam non in cultu corporis positam esse, sed in secessu quodam, atque hominis quantum fieri potest, ad animum conversione dandam esse operam;

(1) in Phaed. t. I. p. 62. Ήσον τε εἶπεν τὸν ἐπικαλούμενον ὥστε, καὶ ὥστε ἐκεῖνος ἀγνωταὶ εἴησι. (2) ἡρά μη ἀλλο τι, ἢ τὴν τῆς ψυχῆς ἄπο τῆς σωμάτου ἀπολαμψή. (3) ἢ ποτε τὸ σώμα εἰναι, ἀλλα καθόδος δύναται, αὐθεντίαι ἀπό, πέρος δὲ την ψυχην τετραφυς. (4) καθεναντινον ἀπ' αὐτον, εἴος αὐτὸς ὁ θεος αὐτον ἀπολλυτη ὥστε. (5) t. I. 95 in Crat. εἰ γάρ εἴην ἡμῖν, καὶ τοις ἀλλοις πάσιον ος τις εἴην τοις μηδέλοις τῆς ζωῆς, ἢ ἀργεῖν τις οὐ βασινέεις τῶν πάντων. (6) in Prot. καὶ εἰς ἀπόρειον, ἀλλὰ ἐός ἂν μάνος τέτοιο εἴηται τὸ γένος. (7) in Philib., νῦν καὶ φρεσοι τινα διαμειρησαντας διακινθενται. (8) in Tim. c. 3. p. 32. ταῦτα δὲ πάντα μέσος χρωται, καὶ το τὸ πέρι τα τατινα καρδιαν γεγονοτει εἰδη φρεσοτει λαζανωνται ἐπι την αισιον εἵσιν την ἀρδειαν λεγονται, γαρ δι την περι της καρδιας τη δὲ το εἴναι μερον κατα τον ἀληθινον λογον πρεσοιν το δὲ πέρι το της περι τον εἰς χρωτον γένοται πάσι τοις περιται ληγωνται, κινησιεις γαρ εἰσον. (9) de lego. I. t. 2. p. 745. Σέμερον εἰσις περιται, καὶ Διος, καὶ Αθηνών εἰσον. (10) lib. 7. Μεγάλοι καὶ τοις ἀλλοις πάντας θεοις Συντάκτας καρπαντας της ποταμος οξ. (11) I. 13. ιηφιαντη πάντων θεος, καὶ πάντων θεων. (12) Laetit. διο δι την πάτητον ἀπόφεντη μερινα διον, καὶ πάντων.

XI. PRÆCLARISSIME haec tenus omnia.  
At in ipsis his dialogis, & maximâ parte  
aliorum contrarium quoque frequenter le-  
gitur, & Diana, Apollo, Venus, ceterique  
omnes tanquam Numinia extolluntur. Ubi  
agit de legibus, vult primam Civitatis par-  
tem<sup>9</sup> *Vestæ, Fovæ, & Minervæ sacrum esse;*  
vult<sup>10</sup> *Cives omnes Parcis, omnibusque*  
*Diis sacrificare;* concluditque dicendo,  
oportere Deos omnes, Deasque habeti in  
prietate, laudib[us]que ornari.<sup>11</sup> Simile nihil oc-  
curret apud Aristotelem. Adde inconstan-  
tiām perpetuam natam ex eo, quod Plato,  
licet passim Pythagoricus, modò hunc,  
modò aliū philosophorum anteriorum  
sequatur, ac modò secundūm hanc, modò  
secundūm aliam opinionem loquatur. Ac-  
cedit, insuper, quod duo rerum omnium  
principia constituerit, Deum, & materiam<sup>12</sup> \*  
quemadmodūm etiam adnotavit Laertius,  
exponens, materiam primò le sine certâ  
lege moventem omnisque formæ exper-  
tent collectam à Deo fuisse, ac digestam;  
quibus etiam verbis eam pariter ponit esse  
æternam. Cicero: *Plato ex materia in se omni-* Acad. I. 2.  
*nia recipiente mundum esse factum censem à Deo*  
*sempiternum.* Secundus Timæi orditur di-

cendo: <sup>1</sup> *Duas omnium rerum causas esse*, philosophis, negare non poterit, nisi qui mentem, & necessitatem, hoc est Deum, <sup>2</sup> ipse desipiet. Minus etiam ipse multò quām & necessitatem ex corporum viribus nascentem. ceteri fudit oracula, hoc est studuit multò Omitto hīc commemorare sententias ejus minus, quām ipsi, jactare se penetrare de præexistentiā animarum, de mundo animato, ejusque aeternitate, & quasdam alias, in quibus communis utrique error fuit.

**XII.** Atque ut ad alia progrediamur; quid reapse de animā crediderit Aristoteles, obscurum satis est: Accessisse tamen ipsum prope ad sanam fidem, persuadent loca quādam non observata à viris eum aut reprehendentibus, aut accusantibus. Confutavit certè ipse eos, qui eam afferebant constare materiā, risique contendentes, componi ipsam ex tenuissimis corpusculis, quod inde sequeretur corpus unum existere in alio, id quod est adhuc arv. Confutavit pariter eos, qui in numeris, & harmoniā eam volebant confistere, quod anima moveat, & numeri non moveant. Confutavit credentes, posse omnem animam immigrare in corpus quodlibet iuxta fabulas Pythagoraeorum. Expressit capite tertio movere animam per electionem, & intelligentiam; perperam dici, quod intellectus habeat magnitudinem; & melius offit menti; quod non sit in corpore; animam esse substantiam; & hanc substantiam esse actum, & punctionem; & esse quasi scientiam (\*) & in libro ubi agit de Juventute, & Senectute<sup>5</sup>. Manifestum est, fieri non posse, ut substantia sit corpus. Ex eo, quod materialis non sit, videtur ex alibi ab ipso traditis debere deduci, hanc esse aeternam; idque vel eo magis, quod mundum existimat aeternū. Plato equidem pluribus locis clare assertur animam nostram esse immortalem, & nunquam perire: Sed in hoc ipso longius multo abhūtā fide humana, ac Christiana: Quandoquidem hanc immortalitatem fundabat in hypothesi μετεμψυχοσ. <sup>6</sup> *Audī modō huic, modō a tevi corpori conjuvela.* In Phaedro: <sup>7</sup> *Hinc anima humana in feram immigrat, atque ex ferā, si quanto fuit homo, rursus in hominem.* Hujusmodi paradoxa, ac deliria nunquam adoptavit Aristoteles, quem plus ceteris lapuisse

De anim. 1. 1. c. 3.

non sunt. <sup>8</sup> *Unum & se ipso, & aliis antiquis, & recentius est, & efficitur, neque tamen antiquius aut recentius aut est, aut efficitur se ipso, aut aliis.* Habetur hoc in Parmenide; nec infrequentia sunt apud Pythagoricos hujusmodi enigmata. *Somnia Pythagorea recte* scripsit Horatius.

**XIII.** CELEBRIS est numerus Platonicus, qui creditus fuit inexplicabilis. *Enig- 1. 7. ep. 12.* ma numero Platonis obscurius scribebat Cicero ad Atticum. Huc credo respexisse Martialem, cum dixit: *Inexplicabilesque Platones.* *Locus est in Timaeo, habeturque paulo alter in Timaeo Locrensi.* Loquitur de eo Aristoteles in libris de Animā. Vertit librum hunc Cicero, eoque usus est in somnio Scipionis, Macrobius de his numeris apte differuit. Agebant Timaeus, & Plato de animā mundi, ex quā derivatas, decisas, que nostras opinabantur. Prætendebant explicari à se, in quo hæc anima consistat, & quomodo condita ac compacta à Deo fuerit, reducendo omnia ad numeros, & harmoniam. Subiit animum meum cogitatio quædam, quam crediderim haud procul abesse à vero. Septem Planetæ sunt. Ponere etiam chordas vocis musicæ pariter septem esse. Satis censeo probabile, hanc numeri conformitatem generasse toram illam relationem, quæ musicam inter & Cœlum creata fuit intercedere; putoque imaginacionem concentus sphæratum tot libris celebrati non aliunde manasse. Plinius, ubi discitat de siderum musicâ refert opinionem Pythagoream, ita septem tonos effici, quam *1. 2. c. 22.* Diapason harmonian vocant, hoc est universitatem concentus. (\*) Atque ex hoc principio Timaeus, & Plato credebant explicari per concentum animæ essentiam, & modum creationis; contendentes coaluisse

(1) δια άντρας επί τῶν τοῦ φύσεων. (2) διάλογον δὲ τῶν βίᾳ κατταὶ διάλυσις τῶν εργάτων. (3) διά παραιπέσεως τῶν, τοῖς νοσεῖσι. (4) διό φύσης τοῦ φύσεων. (5) Scholion: Dubium est, an scriperit Aristoteles ἀδελίξει, an ἀδελίξει; si postremum; vertendum est eum Cicerone l. 1. qd. Tuscul. continuata quedam motio, ac perennis si primum, interpretandam erit consummata quædam perfectio. ἀδελίξει enim græcis idem sonat, quod perfectus. Ueunque fit, utrque vox & interpretatio accommodari Aristoteles opinioni poterit; viderisque Ciceronem potius Aristotelis, quām verbo verbum interpretari voluisse; quandoquidem ἀδελίξει solam exprimat continuationem non motionem; existimat autem Ciceronē perfectionem hanc animæ ab Aristotele positam suisse in motu illo perpetuo. (6) δέλλοι ἔστι χρήσις σοντεινού τοῦ τετραγωνίου, τοῦ νοσεῖσι. (7) de legg. l. 10. p. 903. σοντειν τὸ τε πάν οὐλό, ποτὲ δὲ οὐλών ματαβάλλειν &c. (7) p. 249. ὡδα γηι τις θεοὺς βίῳ διδοττιν φύσην αφικεῖται, γηι τις θεοὺς οὐ ποτὲ οὐδέποτε γηι, ποτὲ τις ἀνθρωπος. (8) l. 3. p. 135. τοῦ τε αὐτοῦ οὐλό, γηι τῷ οὐλών σοντεινού, γηι ποτεινού τετραγωνίου, γηι τε περιστοιχία, τε πάντας τοῦ τετραγωνίου τοῦ οὐλού, τε τοῦ οὐλού. (9) Scholion. Græci harmoniam vocant concentum in musicis, qui ex dissimillimorum vocum moderatione concordis efficiuntur. δια παττῶν harmoniam effici ex septem tonis tradunt, hoc est, ut interpretatur Plinius, universitatem concentus. Ceterum hic intandum *τοῦ παττῶν*. Lactantium offendit quondam non infidet, animam harmoniam esse non posse: *Quoniam, inquit, fides suā sponte canere non possunt: Animus autem suā spōnē cogitat, & movetur.*

eam secundum numeros harmonicos.<sup>1</sup> Porphyrius, Jamblichius, Proclus, & alii existimarent, præter hoc magna per numeros hos tanquam per symbola fuisse denotata mysteria; quod credere poterit, qui volet. Videre èâ de re etiam juverit ultimos libros Metaphysicorum Aristotelis.<sup>2</sup> Quod Pythagoras rerum omnium principium posuerit unitatem, narrat Theodoreetus,<sup>3</sup> id quod rectè posset explicari. In summa Plato proposuit vocum genus διατονῶν, seu intentionem vocum etiam hodieum receptionem. Totum id, in quo laborat, quodque idem valeat, quod monas, est numerus 384, assumptus loco monadis, seu unitatis, ad evitandas fractiones. Desiderium tamen integrum rei hujus videndi descriptionem impulit me, ut eam flagitarem à Josepho meo Torellio, qui pro sua humanitate eum in finem ad dies aliquot interrupti lucubrations suas destinatas edendo Archimedi, summâ curâ à se castigato, ac de integro ex græco translato; videturque mihi ipse exacto demum calculo famosum illum numerum declarasse. Non emittam certe eundem hortari, ut cōputum hunc suum juris publici faciat, quippe qui spectet quodammodo ad Archimedem, & cuius meminerit Macrobius cùm eâ de re ageret. Calcidius in præclaro suo commentario aptè differit de proportione inter numerum 256. & 243. intercedente, arque in Timæo Platonis commemoratâ. At nè verbum quidem fecit de 36. terminis nominatis in Timæo ipsiusmet Timæi, neque de colligendâ universè summâ numerorum 114695. Post quem ita concludit: *Hunc in modum animam universi omnino divisit. Sed è diverticulo in viam.*

XIV. Ut rectè intelligamus, quanto plus cæteris gentilibus ad ideas Christianas accesserit Aristoteles, expendere accuratius oportebit ejus Ethicam. Scopus illius erat, sternere hominibus viam ad felicitatem. Exorsus eam est, ostendendo, veri boni nomine nec censeri bona corporis, nec externa,<sup>4</sup> sed quæ animum tangunt, propriè ac præcipue bona appellari, atque in his sitam felicitatem esse, puta in bona vita, bonisque operibus; explicitque bonum hominis<sup>5</sup> consistere in operando secundum virtutem; & si multæ virtutes sunt, in agendo secundum optimam, ac perfectissimam. Et quoniam<sup>6</sup> felicitas est operatio animæ secundum perfectam virtutem, de eâ agere coepit lib. o secundo.

(1) t. 3. p. 95. πάτερ δεῖπνος αρχόντων. (2) Serm. 2. de p̄tini. ἀρχὴν τῶν πάτερων ἔφεσται τὸν ποιῶντα. (3) t. 3. p. 5. τὰς μὲν δὲ τὴν οὐλὴν ψυχὴν τῶν πάτερων δίδους. (4) Eth. l. 1. c. 8. τὰ περὶ ψυχῆς παραπλανηθέντες, γῆγε μάλιστα ἀγαθά καὶ τὸ εἰ λόγον, μηδὲ τὸ ἐπιτελτεῖν τοι εὐδαιμονίαν. (5) c. 6. τὸ ἀδερφόν τοι εὐχῆς ἀπεργεῖν γεννατεῖ καὶ μέγαντον εἰ δὲ πλέον αἱ ἀγαθαὶ, κακὰ τοῦ μέγενον, γῆγε τελεσταῖν. (6) c. 42. ἐπειδὴ δὲ τοι εἰ εὐδαιμονία εἰ. (7) l. 2. c. 5. ἕτερος, ἀφ' ἡ ἀγαθὸς αὐθόποτος γίνεται, γῆγε &c. (8) c. 6. αἱ αἱ ὁ φρόνιμος ἀρίστης. (9) ἐπί πάτερα δὲ ἐπιτελεῖται περὶ τοῦ πάτερος &c. (10) l. 3. c. 7. τὸν ἔξιον τυντικὸν πατερὸν ισχεῖν δὲ. (11) de legg. l. 12. p. 963. οἱ τίτανες ὑπερηφάνειοι εἰσὶν γεννηταῖς &c. (12) Eth. l. 7. c. 1. τὸν ὑπερηφάνειον μέγαντον τοῦ πάτερος, οὐδὲ δικαῖον. (13) l. 10. c. 5. οἱ φατίοι οὐδέποτε εἰσὶν. (14) c. 6. τὸν καὶ μέγαντον τοῦ πάτερος, ἀλλ' εἰφ' στον εἰδίχειλας ἀπαδαρατίζειν. sed

Vult autem hanc esse<sup>7</sup> *habitum*, quo homo vir bonus efficitur, & opera ejus recta; ubi vero extrema vitiosa fuerint, consistere eam vult in medio, utrumque evitando: Siquidem peccare multis quidem modis, at rectè agere nonnisi uno possumus. Non vult tamen medium hoc calculo definiri arithmetico, advertitque, medium, in quo subsistit *habitus electivus*<sup>8</sup> definiri à prudentiâ; neque<sup>9</sup> omnem actionem, aut affectionem medium virtuosum admittere, propere quod nonnullæ sint se ipsis male. Egregie postmodum agit de voluntariô, & actibus humanis; & concludit<sup>10</sup> *habitum nostrorum nos esse causas*; ideoque nobis solis adscribenda esse virtutia. Deinde expendendam sumit diversitatem virtutum, pressiusque multò ac distinctiùs, quam aliis quisquam, rem istam pertractat. Plato nonnisi quatuor earum constituit species. De legibus:<sup>11</sup> *Quatuor diximus esse species virtutum*, quæ divisio tradita porro fuit ceteris, arque ab antiquioribus adoptata. Verum cum hoc pacto consideretur solummodo modus quadruplex, quo animus fertur in honestum, quovis autem eorum circa materias versetur diversas, evenit, ut virtutes multùm diversæ eodem nomine comprehendantur, nec modica inde nascatur perturbatio; ita quidem, ut idem quandoque actus à nonnullis temperantie, ab aliis fortitudini tribuatur; voceturque interdum prudentia, quod ab aliis appellatur justitia. Aristoteles vero agnovit quidem quatuor illas tanquam cæterarum principes, restrinxit tamen ad suas quasque materias, ac pro materiæ diversitate omnem divisit virtutem; ac proinde omnes accuratè distinxit, determinavitque, seu docuit determinandas. Meminit etiam *cœvæ cuiusdam virtutis heroicæ*, & *Divinae*,<sup>12</sup> afferit<sup>13</sup> voluptates offænas non vocandas esse voluptates; felicitatem non esse, nisi<sup>14</sup> in virtute, & actionibus è virtute prognatis; summam felicitatem consistere in contemplatione optimi,<sup>15</sup> & vita menti conformi. D. Thomas ex dictis capitibus hæc refert: *Aristoteles perfectissimam hominis contemplationem, quâ optimum in intelligibile, quod est Deus, contemplari potest in hâc vita, dicit esse ultimam hominis felicitatem.* Affirmat Philosophus vieturum hâc ratione hominem,<sup>16</sup> non tanquam hominem, sed secundum partem Divinam, quæ est in ipso; nec debere hominem humanis immorari cogitatibus, ac rebus peritutis, licet mortalis sit;

P. I. qu.  
62. a. I.

*sed reddere se, quoad fieri possit, immortalem, totisque viribus eō conniti, ut vivat secundū partem sūl optimam. Addit insuper, eum, qui operatur juxta dictamen rationis, illudque sequitur, ac honesto acquiescit, Deo fore gratissimum, credi oportere.*

XV. ATQUE hic est ille Aristoteles, quem tot hodie homines rident stolidē, quin vel verbum ex eo unquam legerint; hæc est illa Philosophia, quæ tanquam fons hæretum, errorumque omnium depingitur. Conferantur quæso sensa hæc cum lepidis ac frivilis Stoicorum axiomatibus, cùmque cogitatibus Platonis, qui merito reprehensus fuit, quod Socratis disciplinæ renunciarit, ut sequeretur<sup>2</sup> monstruosa Pythagoræ sapientiam, quæque voluisset non esse in hominum societate connubia, sed feminas, ac femellas juris esse publici, & fas esse etiam uti sororibus. Serranus editor adeò amicus Platoni vocat hanc ideam *portentosam insaniam*. Videat quis, an in Christianam religionem Aristotelica, an verò Platonica, aut aliorum Philosophorum dictamina congruant magis, ac melius convenient. Videat quis quantâ injuriâ, atque ut verò dicam, exigua sūl laude Cl. Bruckerus, vir cæteroqui admodum doctus, adeò in historiâ suâ Philosophicâ de primat istum Philosophum, ac re ipsâ nostra etiam ætate comprobet, verum esse, quod magnus ille Cesaibonus in præfatione in suam editionem protulit, non deesse, qui conentur, unicam Philosophicâ Aquilam omni calumniarum genere vexare. Argumento duntaxat illud sit, quod aufus fuerit scribere, *Aristotelem Moralis Philosophia principia, & honestatis fontes ignorasse* (id quod in sensu tantum Christiano, ac religioso salvari posset) *mirumque esse, potuisse per tot sæcula acris ingenii homines tanto ejus ēduca in pretio habere, cùm in nullâ Philosophia parte magis pauper sit*; certámque quæstionem exercuisse *magna ingenia Aristotele longè superiora*, solennèque fuisse ipsi philosophari per notiones vagas, obscurasque, ut ignorantiam teget. Profectò non est absurdum aliquod; quod in hodierno typō non videamus. Evertit tamen hanc suam sententiam, quando ait: *Accuratus, & philosophicè magis Aristotelem ratiocinatum, quam Platonem, nemo, qui utrumque sine prædictio comparat, facile inficias iherit*. Ac de Christianis quidem doctrinis omitto hic monere, quam præ omni aliâ Philosophiâ, ad explicandum dogma Catholicum de Eucharistiâ apposita atque accommodata videatur Aristotelica. --

(1) c. 9. ὁ δὲ κατὰ τὴν ἐνεργῶν &c. θεοφιλέστατος ἔποικης ἄνων. (2) Theodoret. t. 4. p. 489. τὴν τερατολόγη πυθαγορές σοσιαν. (3) Eth. I. 3. c. 7. εἰ τοὶ τάχτα περάσσεις κατὰ προδιεξούσιαν ἀνά τοις εὐεστοῖς &c. ἵψην δὲ καὶ ἡ αὔτη ἐμμεταξὺ δὲ καὶ ἡ κακία, ἡ οἵη γάρ τοι περάσσεις καὶ τὸ μὴ περάσσειν, καὶ ἡ οἵη τὸ μὴ, καὶ τὸ κακό.

XVI. PLURIMUM modò refert videre, quam demum ob causam Janseniani veteres, & novi tantopere & nomen Aristotelis horreant, & scripta. Non oritur id sancte ex eo, quod crediderit mundum carere principio, & habiturum non esse finem, neque ex alio quodam errore in quem illum Paganorum supersticio unā cum aliis impulit. Inde, inde oritur, quod perfectè consenserit ipse cum dogmate Catholico circa liberum arbitrium, quo sit, ut omnia Sectariorum Sophismata directè explodantur, ac diluantur. Aristotelem præcipue spectavit Calvinus, quando increpuit Philosophos, quod affererent, *virtutes, & virtutia in nostrâ esse potestate*, nōsque operari liberâ electione. S. Thomas agens de electione citavit continuatâ serie verba hæc, tanquam ex Ethicâ Aristotelis deprompta:

*Homo habet liberam electionem suorum actuum. Potentiae rationales sunt ad opposita. Homo est dominus sui actus, & in ipso est agere, & non agere. Hinc est, quod etiam Lutherus ipsum fuerit detestatus, & quod Calvinus vocaverit argumentum Aristotelicum quod iniquum sit supplicium sumptum de homine ex necessitate peccante; notaveritique in margine: Absurdum ex Aristotele, l. 2. 5. 2.*

*& Pelagio desumptum. Quam ob rem statuit contra Aristotelem, & sensum communem, hominem, dum necessariò peccat, nihil tamen minus voluntariè peccare.*

*Novum hoc, atque ante hæreses hodiernas inauditum libertatis genus cum necessitate componi posse ostenditur, dum pugnatur liberum esse, liberèque operari illum, qui non potest utrumque, sed duntaxat alterutrum, modò operetur sponte. Hoc est unum ex fundamentis præcipuis & antiqui, & novi Systematis. Ridiculum videtur Anonymo,*

*quod contendatur arbitrium confidere in potestate electionis, in facultate ad opposita, III. p. 62. in potestate ad agendum, & non agendum. 63. 67. 74. &c.*

*Sententiam hanc, quod possumus & agere, & non agere, sapientius accusat ille, ac fugillat. Verum enim verò Aristoteles agens de voluntario, omnino docuit, actiones quæ rendunt in finem & in quibus bonitas aut malitia consistit, electi & voluntarias; de illis consultari, id quod non fieret, si in nostrâ non essent potestate;*

*Virtutem juxta ac vitium pendere à nobis,*

*quia in nostrâ potestate est & agere & non agere,*

*& (eodem prorsus loquendi modo adhibito) quia possumus & non, & ita. Pungit*

*nihilominus, utique vehementer sectarios,*

*quod præter D Hieronymum, qui adver-*

*fus Pelagianos scribens pronunciavit: In Dial. 3.*

*t. 2. p. 781.*

*De Malo*

*qu. 6. Com-*

*tra eti &c.*

*Inst. I. 2.*

*2. 3.*

de corr. & nos nostra esse possumus potestate, vel peccare, vel non peccare, & vel ad bonum, vel ad malum extendere manum, ut liberum servetur arbitrium, & præter D. Augustinum, qui toties declaravit, quod liberum arbitrium & ad malum, & ad bonum facerendum confundendum sit nos habere etiam Philosophus in materia morum ceteris certe omnibus gentilibus superior, solo naturæ, ac rationis instruc-  
tus lumine viderit, ac deciderit idem prorsus, eosque itidem ipse damnari, proscripti seritque. In dictis istis adjutorium, & virtus gratiæ, quando de bono superno agitur, intellectum semper fuit, atque etiam  
III. p. 79. num intelligitur. At iactat Anonymus, Pe-  
lagianus juxta Aristotelis, eliorumque gentili-  
um doctrinam posuisse essentiam liberi arbitrii in potestate peccandi, & non peccandi, in  
facultate ad opposita, & in potestate ad par-  
tem ajetem, vel negantem. Non Pelagiani, sed Patres omnes, ac Philosophi ira sentie-  
bant, atque etiamnum hodie non modò Ca-  
tholicus quisque, sed & omnis homo pru-  
dens solo rationis instructus lumine id ip-  
sum credit, atque agnoscit. Sine libertate indifferentiae reprehendi non possit pecca-  
tor de admisso delicto. Adduxit Theodo-  
rurus, Clemens Alexandrinus, & S. Justinus illud Platonis: <sup>1</sup> Culpa est eligentis, Deus extra culpam est. Verum cum solos à se re-  
centiores estimari Philosophos præ se fer-  
rat Anonymus, edicat amabo, quem pro  
fe adferre possit! Omnitum instar esto Car-  
tesium, afferens: Libertatis, & in differentia,  
quaæ in nobis est nos ita consciæ esse, ut nibil  
sit, quod evidenter & perfectius comprehen-  
damus. Quid hic respondebit, qui inter re-  
centiores ac Cartesianos suum profiteretur  
nomen? Quodsi etiam documentum hoc  
non extaret apud Philosophos, nonne id  
ipsum secum afferret homo quilibet ratio-  
ne prædictus? Respuit Scholarum omnia  
judicium Anonymus, & profiteretur, quod  
ipsæ sententiam meam anathemate dirim in  
modum percellent. Relinquamus igitur Scho-  
las, ac communem duntaxat sensum sequa-  
mur. Invenierūnse homo sapiens, seu vir,  
seu mulier, seu nibilis, seu plebejus, qui  
se in re quâpiam existimet liberum, quan-  
do in potestate suâ non est agere, & non age-  
re? Et cur denum Aristoteles hæreses do-  
cuerit, quando à ratione ac communi naturâ  
sensu non abit?

XVII. Cum in animo haberent novi  
Systematis artifices introducere novas illas  
opiniones, quod nimurum infundantur no-  
bis actus liberi, quodque infundat nobis  
Deus amorem actualis, oportebat tollere  
de medio habitualis, & actualis caritatis  
distinctionem, differentiam item inter ac-  
tus, & habitus. Hoc ut consequatur Anony-  
mus, ponit sufficer, si ostendatur doc-  
trinam hanc profici ab Aristotele, ac  
Philosophiæ Peripateticæ. In Scholis inventa II. p. 37.  
est notio amoris actualis, & habitualis, hoc est  
actuosi, & otiosi, ex quo nimurum invectum est  
Systema Peripateticum, secundum quod conci-  
puitur habitus per modum ceterum entitatem,  
aut qualitatum otiosorum, quippe quæ non ope-  
rentrur nisi adjuncta alia entitate, quam actum  
vocant. Indubitatum re veræst, eveni per  
Ethicam Aristotelis paradoxam illam con-  
fusionem, ac identitatem actus cum habitu,  
quam persuadere modò homines isti cupe-  
rent: At falsissimum est, dixisse unquam  
Aristotelem, actum esse entitatem, & habitus  
esse qualitates otiosas, aut affectiones steriles  
III. p. 177.  
nunquam operarias, nisi adjuncta, nescio  
quâl alia re, quæ actus dicuntur. Qui hujusmo-  
di assertiones tribuit Philosopho, loquitur  
ex relatione hominum eundem non cog-  
noscentium. Colligitur item ex eodem, ha-  
bitus esse dispositiones ad actus, habitus esse  
permanentes, dum actus transeunt, neque  
gigni uno actu, neque amitti habitum. Ubi  
statuit, repositam esse felicitatem in opera-  
tione virtuosâ, docet: <sup>2</sup> Interesse multum  
an quis ponat summum bonum consistere in pof-  
fessione, an verò in usu optimi (h. e. virtutis)  
confistere in holâ, an verò in actu. Quando-  
qui em evenire posse, ut qui habitum habet bo-  
ni nihil agat, ut faciunt dormientes, aut alia  
de causa nihil operantes. En tibi, quæ de acti-  
bus & habitibus habeamus ex Philosopho,  
quodque neutram docuerit habitus, &  
actus esse entitatem à se mutuò distinctas, ne-  
que, quod habitus dent posse, neque alia  
Paradoxa, quæ tribuit Anonymus Scholas-  
ticis noui partis Stagiritæ mancipis. Lepida  
profectio res est, pugnare ipsum, non repri-  
riri apud antiquos actualis, & habitualis dif-  
crimen. Afferit nihilominus in Paragraphis,  
ubi hâc de re loquitur, contrarium, & vera  
falsis pro more commisces, at cui bono?  
Probandit quæ vera sunt, quæ falsa dam-  
nantur. An ex eo, quod dixerit Augustinus:  
Ubi fuerit caritas, necesse est, ut operetur; &  
non potest vacare amor in animâ amans deduci  
continuò oportet, credidisse ipsum idem  
esse habitum, quod actus? Deberetque ope-  
rari semper eum, in quo est habitus? Re-  
pugnat id certè & dogmata Peripateticæ, &  
sentui communi. Quale porro Sophisma,  
diceret, quod caritas non minuat activi-  
tatem, & energiam, cum in habitum transfit?  
Quo intensior redditur habitus, eò magis  
crescit ejus activitas: At num ideo actus  
evadet? Debetque confinatum, non  
p. 47.  
p. 48.  
p. 49.

(1) Pl. de Rep. I. 10. αὐτία ἐδοκίνει, θεὸς δὲ ἀπόλυτος. (2) Eth. I. 1. c. 9. Διαδίχεται δέ τοις οὐ μηδέτεροι οὐ καὶ οὐταντα τοῖς αὐτοῖς ἀποτελεσματάντεις, καὶ εἰ τοις οὐ ἐπεργάται τοῦ μη γαρ εἴηντον πειθῆ ὡραῖον ἀποτελεσματα, εἰν τῷ καθεύδει, η καὶ ἄλλος πας ἴσχεται.

trámite

tuumque actum producere? Ingeminat non venisse unquam Augustino in mentem, *habitus esse qualitates inertes, & otiosas*. Neque ipsi neque alteri id unquam in animum venir. At an ideo, qui peculiarem nactus est habirum, tenebitur perpetuo ex eodem operari? Atque sine hoc iners vocabitur? Addo, quod habitus sancti, etiam si in actu non prodeant, tamen operentur, cum nos Deo semper conjunctos teneant.

XVIII. IN SOLEN PRAE CETERIS, AC STULTA EST SPECULATIOILLA, QUAE OSTENSURUM SE JACAT. ANONYMUS, FUNDAMENTUM DOCTRINÆ CATHOLICÆ IN MATERIA DE GRATIA ALIUD NON ESSE, QUAM ARISTOTELISMUS FALLACEM. IMAGINATUS LIBI EST, CENSERE SCHOLAS, & MASSERIUM, GRATIAM ESSE EMITATULAM; IDQUE EI EXPROBRAT 60. FACIË VICEBUS IN PRIMO SUO VOLUMINE, TAMETSI HISTORIA IMPUGNATA, IDEOQUE AB IPSO INCREPITA NEUTIQM EÀ DE RE MENTIONEM INTULERIT. SPURIAMILLAM ENTITULAM DESIGNAT A PERIPATETICA SCHOLÆ MUTUATAM. IN AUDITAM IDCIRCO SCHOLISQUE OMNIBUS ORTHODOXIS IGNOTAM INVEHERE DOCTRINAM CONATUR, HOC UNO PRÆCIPUE NIXUS, QUOD RECENTIORES PHILOSOPI NON ADMITTANT ACCIDENTIA, ATQUE PRO NIHIL REPUTENT, QUIDQUID NON EST SUBSTANTIA, RIDEANTIQUE QUIDQUID HAC IN RE CENSUERIT, DOCUERITQUE ARISTOTELES.

XIX. VERGIT HIC, COMMIGRATQUE CONTROVERSIA THEOLOGICA IN PHILOSOPHICAM; & FIDEI DOGMA, SI QUIDEM RES ACCURATE EXPENDITUR, AD QUÆSTIONEM DE NOMINE REDUCITUR. QUOD UT DEMONSTREMUS, APERIAMUS VIAM OBSERVANDO, QUID HOC IN ARGUMENTO DOCEAT ARISTOTELES, LIBERANDO EJUS DOCTRINAM FALLIS QUAE PASSIM JACTANTUR HYPOTHESIBUS. EN TIBI ILLIUS DICTA, QUIBUS BREVITER QUAE HUC SPECTANT, COMPLEXUS EST, AC DEFINIÜT. AC PRIMÒ QUIDEM IN CATEGORIIS:<sup>1</sup> EXISTENTIUM RERUM ALIQUAE DE QUODAM PRÆDICANTUR SUBJECTO, QUIN IN ALLO SINT SUBJECTO, QUEMADMODUM HOMO. HOC EST, QUÆDAM PER SE IPSA SUBSTANTIA, NEQUE EXIGUNT INHÄREERE ALTERI: UNDE POSTMODUM SCRIPSIT:<sup>2</sup> OMNI BOC SUBSTANTIA COMMUNE EST, QUOD NON EXISTAT IN SUBJECTO. DOCET SUB FINEM CAPITIS, IN GENERE SUBSTANTIÆ UNAM NON MAGIS TALEM ELSE, QUAM ALIAM; CUM HOMO UNUS NON MAGIS EST HOMO QUAM ALIUS, QUEMADMODUM RES ALBA MAGIS ALBA ESTE POTEST, QUAM ALIA. DOCET ETIAM IBIDEM, PROPRIUM SUBSTANTIÆ ELSE, ADMITTRE QUALITATES CONTRARIAS. IN

ANALYTICIS:<sup>3</sup> ACCIDENTIA SUNT, ESSE V. G. VENENS ESSE MUSICUM, VEL ALBUM. SECUS VERD SE RES HABET IN IIS, QUAE A NULLO DEPENDENT SUBJECTO. SI ENIM DIXERIMUS AMBULANS, VEL ALBUM, ALIUD QUID INTELLIGI NECESSE EST, QUOD ALBUM SIT, AUT AMULET: DUM EX ADVERSO SUBSTANTIA ALIUD NON SIGNIFICAT, QUAM SE IPSAM. ATQUE IDEO<sup>4</sup> QUAE NON EXISTUNT IN ALIO SUBJECTO, VOCE EXISTENTIA PER SE, QUAE VERD EXISTUNT IN ALIO, ACCIDENTIA APPELLO. IN ALIO LIBRO:<sup>5</sup>

ACCIDENTIS ILLUD EST, QUOD POTES REPERIRI, ET NON REPERIRI IN ALIO. IN INITIO LIBRI III. DE CÆLO:<sup>6</sup> CUM RERUM NATURALIUM ALIA SINT SUBSTANTIA, ALIA OPERA, ET AFFECTIONES EARUNDENT. UBI MAGIS EX INSTITURO DE HIS AGIT:<sup>7</sup>ENS ALIUD DICITUR PER SE, ALIUD PER ACCIDENTIS: PER ACCIDENTIS, CUM DICIMUS V. G. JUSTUS EST MUSICUS. PERGIT DEINDE DOCERE, RES QUAE ACCIDENTIUM INSTAR SE HABERE DICUNTUR, IN ALIA RE EXISTERE, NON ITEM EAS, QUAS DICIMUS ENTIA PER SE; & NOMINUM, QUAE REBUS TRIBUUNTUR, ALIA SIGNIFICARE, QUID RES SIT, ALIA, QUALIS AC QUANTA SIT, ALIASQUE HUJUSMODI PROPRIETATES, & ADJUNCTA INNUERE.<sup>8</sup> SUBSTANTIA VOCANTUR CORPORA OMNIA, CΟΙΝΙQUE PARTES, VOCANTUR AUTEM SUBSTANTIA, QUE NULLI ALTERI TRIBUANTUR SUBJECTO, SED IPSIS ATTRIBUANTUR ALIA. SUB FINEM HUJUS LIBRI:<sup>9</sup> ACCIDENTIS DICITUR, QUOD INHAERET ALTERI, QUODQUE VERD AFFIRMATUR, NON TAMEN NECESSARI, NEC PASSIM. Dicit INSUPER:<sup>10</sup> VIDERI ACCIDENTIS QUODANMODO VICINUM NON ENT; ITAQUE VOCARI, QUOD NEC SEMPER NEC PASSIM ACCIDIT. DEMUM:<sup>11</sup>ENS DICIT PLURIBUS MODIS, QUA & ESSENTIAM, ET QUALITATEM, AUT QUANTITATEM, AUT ALIUD QUODAM PRÆDICAMENTUM SIGNIFICAT. TAMENS AUTEM TOT MODIS HOC NOMEN USURPETUR,<sup>12</sup> MANIFESTUM EST, PRIMUM OMNIVM SIGNIFICARI QUOD SIT QUID, BOC EST, SUBSTANTIA. PERGIT PLURES ENUMERARE ACCIDENTIUM SPECIES, & CONCLUDIT, PRIMARIO ITAQUE, AC SIMPLICITERENS DICIT SUBSTANTIAM.

XX. QUID AUTEM IN HIS OMNIBUS DEPREHENDENT RECENTIORES, QUOD JURE REPREHENDANT? QUIS RECENTIORUM UNQUAM PHILOSOFORUM INFICIENS EST, ALIUD ESSE HOMINIS ESSENTIAM, ALIUD ESSE ALBUM, AUT NIGRUM, CALIDUM, AUT FRIGIDUM, MAGNUM AUT PARVUM? AN, QUA MOTUS & FIGURA SEPARARI NON POSSUNT A CORPORE, DISTINGUI IDEO NON DEBEBUNT HABERE MOTUM, & NON HABERE? AN DISTINGUI NON DEBEBIT MARMOR: UDE A STATUA JARANTUM ELABORATÆ? ET QUA ACCIDENTIA QUÆDAM PROPRIÈ MAGIS APPELLANTUR MODALITATES, ANNON IDEO FIERI DISCRIMEN INTER

(1) Categ. τοῦ ἔτεται τὸ μὲν καὶ ὑποκείμενό τινες λέγεται, τὸ ὑποκείμενό δὲ εἶδον ἔτεται, οὐ δὲ ἀπέστρεψε. (2) ποιητής δὲ κατὰ τὸν ἔτεται τὸ μὲν τὸ ὑποκείμενό τινες. (3) An. Post. c. 4. συμβεβοκτά οἰον τὸ μετονομηθὲν λευκός τὸ ξύλον. (4) τὸ δὲ ποιητής ὑποκείμενό, καὶ αὐτὸν λέγεται, τὸ δὲ καὶ ὑποκείμενό τοις βεβοκτά. (5) Top. l. 1. c. 4. διάδημα τοιχογένειον &c. (6) ἐπειδὴ τὸ φύσις λεγομένον (leg. γενετικόν) τὸ μὲν εἶδον στοιχεῖον, τὸ δὲ λέγεται, καὶ πάθη τούτων. (7) Metaph. l. 4. c. 7. τὸ δὲ λέγεται, τὸ μὲν κατὰ συμβεβοκτόνος, τὸ δὲ κατὰ αὐτοῦ &c. τὸ δὲ ποιητής &c. (8) c. 8. σοιαὶ δὲ λέγεται τὰ τοις ἀπλῶ συμμετάσθια. ἀλλὰ κατὰ τούτων τὰ ἄλλα. (9) l. 4. c. 30. συμβεβοκτόνος δὲ λέγεται ὁ ὑποκείμενός του τοιν, καὶ ἀντίστοιχον, οὐ μέντοι τοις αὐτοῖς, οὐ τὰ μὲν τὸ ποιητής. (10) l. 6. c. 2. ἰσχυρός τοι τὸ μὲν ἔτεται. (11) l. 7. c. 1. συμβεβοκτόνος τὸ μὲν τοις &c. (12) φυσικός, οὐ τούτων πρᾶγμα ὁ τὸ εἶδον, οὐτε συμμετάσθια τοιν.

id genus modalitates, & earum subjecta, profunditas sunt quantitas, non substantia. En neque considerari debebunt tanquam res quodam modo diversae? In corpore trigono nonne corpus distinguetur ab ista figura quippe quae tot habet proprietates à corpore non dependentes? Differentia antiquiores inter & recentiores illa est, quod hi vocent modificationes, quae illi accidentia. Cartesius in tertia Meditatione: Ille, que tantum modos, sive accidentia representant. Cl. Christianus Wolfius recentiorum omnium reprobatorum: Modus à nobis dicitur, scholastici accidentis appellant. Et alibi: Attributa, & modi sunt accidentia. Sed an isthac differentia nominum efficiet, ut discriminari non debeat variables proprietates à substantia? An efficiet, ut istiusmodi proprietatibus negetur existentia, ita quidem ut certa quaedam entium species nuncupari non possint? Non fuit in hac opinione Cartesius: Sunt diversi gradus realitatis, sive entitatis: Nam substantia plus habet realitatis, quam accidens, vel modus. Alio in loco vult, realitatem plus esse, quam entitatem, Cl. Wolfius, qui in prætractanda materia de ente amplum insumpsit volumen etiam motum vocat ens: Motus est ens successivum: Modos etiam res vocat: Nulla res, sive substantia sit, sive accidens, seu attributum, & modus eus existit, de qua &c. Ab insigni hoc Philosopho advenit jamiam epistola propriâ manu exarata ad P. D. Ulysem Contium de Calepio Canonicum Lateranensem, curarentem Veronæ editionem novam ejus Matheoseos, in qua dissereas de motis sibi circa Ontologiam suam quæstionibus scribit in hac verba: Virtutes, & virtus cum sint habitus agendi, de iisdem valet, quod de habitu in genere. Importat is agendi facilitatem, que cum sit aliquid omniae inherens, idoque aliquid, quod actu existit (puto enim accidentia quid existant, negare neminem) occur entitates dici non possint? Et paulo post: Habent enim non minus accidentia, quam substantiae suam essentiam, quatenus actu inherenter substantiis. En quanto minus communis opinione absint ab Aristotele etiam qui maximè creduntur neoterici. At nonne dixit Aristoteles, ubi in substantiæ inquisivit essentiam, quod <sup>1</sup> substantia longitude, latitudine, & profunditate nihil videamus relinquimus? Deducens inde, <sup>2</sup> substantiam esse solam materiam, hanc suam materiam intelligens, quæ non esset res talis, neque hoc aut aliâ prædicta esset qualitate. Dixerat ante, si materia non esset substantia, dici non posse, quid aliud sit, siquidem cæteræ qualitates sint passiones seu <sup>3</sup> affectiones corporum, etiam longitudo, latitudo, &

Leibnizius: Philosophian reformatam Aris- Epist. tom. 2. p. 125.

toteli conciliari posse, & adverſam non esse, vel alterius ostenditur, alterum per alterum explicari non solum posse, sed & debere; inquit ex Aristotelis principiis ea ipsa fluere, quæ à recentioribus tantâ pompa jactantur.

XXI. AFFERRE hic juvat locum quendam Origenis, ubi sententias Philosophorum sui ævi exponit, ut appareat cogitationum, phrasisque varietas. Substantiae nomen duobus accipiebant modis: Qui <sup>4</sup> veram substantiam ponunt esse essentiam incorporeorum, computari eam aucti inter illa incorporea qua firmiter, stabilitè que existunt, neque admittunt incrementum neque diminutionem patiuntur; id quod proprium est corporum in- & decrevendo obnoxiorum, propterea quod fluxa sint, egedante parte aliquâ, quâ sustentatur, mutantur &c. Qui vero illam credunt in corporibus primas tenere, & incorporeâ dantaxat consequi ita illum definiunt: Substantia est prima entium materia, & unde efformantur entia: Materia corporum, & ex quâ sunt corpora, materia rerum nominatarum, & ex quâ illa sunt. Aut definiunt: Primum substantia sine qualitate; aut existens ante entia, aut ille quod omnes mutationes, alterationesque recipit, cum se ipso sit inalterabile; aut, quod mutationem vel alteracionem quamcumque patitur. Secundum hos substantia in propriâ entitate nec qualitatem habet, nec figuram, inquit ne determinatam quidem magnitudinem, sed omni qualitatâ est exposta, tanquam situs præparatus. Qualitatem appellant extensivæ virtutem agendi, & generativæ operations, in quibus motus, & affectus contineri contingit; quandoquidem affirmant nullam harum rerum participare aliquad proprietate substantiæ, non posse tamen illam ab unaquaque separari; posse nibilominus suscipere omnes actus operantis, quomodounque illud agat, aut transmutetur. Quandoquidem virtus in illa existens, & separata ab omnibus, ab omni qualitate, & omni re ad hanc spectante est causa. Dicunt præterea esse in omnibus mutabilem, & divisibilem, posseque substantiam omnem cum quacunque aliâ uniri.

XXII. SUMMIS accenset erroribus Anonymus, quod gratia, cum substantia non sit, dicatur quodammodo entitas, & nullius speciei. Cum vero scriptum fuerit in Confirmatione: Dissum ipsius, quod gratia nequeat esse res distincta à Deo dante, & voluntate recipiente implicat contradictionem: Quia si Deus eam dat, est igitur res alia à Deo; quandoquidem idem nequeat esse qui dat,

(1) Metaph. I. 7. c. 3. ἀλλὰ μὲν ἀφαιρέμενά μόνος, καὶ πλάτων, τοὺς εὐθεῖς τὸν ὄργανον ὑπολειπεσσον. (2) ὡς τοῦ ὑπερ &c. (3) τοῦ μὲν ἀλλὰ τοῦ εομενού πάθη &c. (4) de Orat. p. 27. οὐ μὲν τοῖς τοῖς μὲν πολυγενεῖσι τοῖς ἀσώματοις ὑποστέον &c.

*sum eo, quod datur. At si eam recipit voluntas, est itaque res à voluntate diversa; quandoquidem res recipiens non posse esse endem cum dono recepto.* Ad hoc responderet in hunc modum: *Si de anima, & corporis affectionibus loquimur, fieri potest, ut ipsi concedatur à Peripateticis non posse esse idem recipiens, & rem receptam. At veri, ac genuini Philosophi bæc explodent, quippe qui à corpore nec motum distinguunt, nec figuram.* Luculentum profectò hinc est non meliori uti fortunā heroem istum in Philosophicis, quām Theologicis. Ridebunt itaque veri Philosophi, quod nequeat idem esse recipiens, & res recepta? Quām ineptus atque inconditus est iste sermo? An, quia recentiores appellant modificationes, quod veteres vocabant accidentia, an, inquam, ideo, aliquid recipiens idem esse poterit cum re recepta? Et donans cum re à se donata? Et quid in materia de gratia ad rem faciet motus, & figura? Si accuratè rem omnem expendimus, apparet satis inventum illud, quod idem sit Deus quod gratia alio non tendat, quām ut afferatur gratia omnipotens, & necessitans, quandoquidem præmisit cum Queschello illam operationem manus Dei omnipotentis.

**XXIII.** Ut probetur nihil esse accidentia, refutato D. Thomā tanquam Aristotelico, afferitur, non admissa illa fuisse ab Augustino.

S. Augustinus à multo pluribus nominatur, quām legatur. En tibi ejus verba:

*Qua dicuntur essentiae sive substantiae, capiunt accidentia, quibus in eis fiat, vel magna vel quantacumque mutatio. Et post: Accidens autem non solet dici, nisi quod aliqua mutatione ejus rei, cui accedit, amittit potest.*

**n. 6.** *In rebus creatis, atque mutabilibus, quod non secundum substantiam dicitur, restat ut secundum accidens dicatur. Nonne docuit ipse, entia esse gradus diversi, planè ut postmodum dūm dixit Cartesius?*

**De Civ. D. l. 12. c. 2.** *Deus alius dedit esse amplius, alius minus, atque ita naturas essentiārum gradibus ordinavit. Tanrum quippe absit, ut existimari esse merum nihil, quod substantia non est. Ex hisce enuntiatis colligi oportet scopus, & sensus alterius illius,*

**In PC. 68. 5.** *tantopere jactati ab Anonymo: Quod nulla substantia est, nihil omnino est. Ostensum jam tum in Confirmatione fuit, aliud ipsum his verbis non significasse, quām quod substantia non est, non esse aliquid se ipso existens: Quo etiam sensu ibidem dixit nec virtus nec iniquitates esse substantiam, quae tamen nihil esse positivi quis crederet? Cæterum jam ante vidimus, quomodo ex ipsius mente mutationes in substantiis accidentia efficiant, quomodo in rebus creatis quod substantia non est, sit accidens, & quomodo Deus res existentes pro diversis etiam naturis ordinavit, majorēisque unis,*

quām aliis existentiae gradum concesserit. En quō deducat nimium novitatis studium, parum sana recentiorum dogmatum intelligentia, & vocabulorum illorum proscrip-<sup>tion</sup>, finē quibus nec exponere sensa nostra possimus, nec assequi a iēna. Ens omne illud est, quod existit: At & entia sunt juxta recentiorum Philosophorum placita, condizione, ac gradibus diversa. Sunt entitates absolute, quas nuncupamus substanzias, sunt & inhārentes, quæ cū illis & inesse, & non inesse poterant, recte vocatione fuerunt accidentia. Contendere, quod non habeant esse verū, ac propriam, nec distingui ab anima debeat virtutes, via, scientia, affectiones, desideria, tentationes, inspirationes, quanquam certo modo dici fortassis possit, non optima continuo videtur ratiocinandi ratio. Permitendum non est, ut nos decipiatur phantasias, quæ, quando de ente loquimur, rem nobis representat materialiam. Habitus producent operandi facilitatem, igitur sunt aliquid, tametsi non sint materia, nec possint se ipsis subsistere. Obmovebitur fortassis, non posse concipi, quid rei sit hec ipsorum essentia. Verū an entium spirituum, quæ tamen certò existunt, atque admittuntur ab omnibus, naturam comprehendimus?

**XXIV.** Jam vero ut redeamus ad Gratiam, ostensum jam tum est falsissimam esse accusationem illam, quod eam unquam entitatem appellaverit Historicus. Contra eos, qui censem aliud non esse gratiam, quām modificationem animæ, nē vel unus quidem in tota historiâ reperietur versus, qui vel minimum opponatur. Verū cū tantus excitetur strepitus, quod gratia vel entitas vocetur, vel modificatio, advertamus prīmō, quomodo materia tam gravis hoc pacto reducatur ad contentionem de nomine. Voca eam per me entitatem, voca modificationem, voca qualitatem, quid interest? Dic influxum physicum, dic moralē, modò inconcussum stet dogma Catholicum, quod proveniat à Deo, quod sit semper necessaria, & gratuita, quid refert?

*Donum gratiae qualitas quedam est, scripsit Angelicus. Qualitatem, & entitatem dixerunt ipsam per plura sœcula tot Theologi doctissimi. Quæ igitur temeritas rideundam propinare hanc rationem loquendi, & primi operis indici adscribere: Quam si qualitatem dixeris, turpiter aberraveris?* De inutili hæc disquisitione mentionem nemō antiquorum scriptorum injectit, ideoque nec hanc injicere poterat Historia Theologica. Qui itaque veller aliquid hac de re afferere, facere id equidem posset absque studio partium, tanquam de questione non Theologicâ, sed potius Metaphysicâ.

XXV. Ac primùm quidem statui posset, certò ens esse, ac dici oportere omnè id, quod exsistit, ac proinde opponitur nihil. Deinde, certò existere omne id, quod operatur, quia à nihilo procedere non potest actio. Ac tertio demum, certò operari id, quod à Deo, ut operetur, conceditur. Omnia hæc certè Divinae gratiae competunt. Non est hoc perinde, ac si quis contenteret entia esse relationes, situs, quantitatem, veritatem; aut distincta ab anima entia esse potentias illas, quæ illius efficiunt essentiam. Jure à veris entibus universalia, & abstræcta rejecere Nominales veteres. At non possunt computari inter res consistentes in meris vocabulis, nec videntur reponi posse inter simplices habitudines verae ac propria existentiae expertes reales illæ qualitates, quæ possunt inesse, & non inesse subjectis, quæque per hoc quod insint, vel non insint vi pollent ea essentialiter mutandi. An e. c. beatitudo Cœlestis nihil animæ adjunget positivi, nec aliud erit, quam mera modificatio? An dici poterit, amorem Dei ab ipso inspiratum non esse quid reale, ac distinctum? Atque ita quid dicimus de omni virtute infusa, quia quidquid Deus infundit, habet certò speciem quandam entis, siquidem aliquid reale infundit, nec refert, quod hujusmodi res nequeat se solà subsistere. S. Thomas: *Tales habitus*

1.2. qu. 51.

a. 4.

*nisi quā possunt homini inesse, nisi ex infusione Divinæ, sicut est de omnibus gratiis virtutibus.* Et hi habitus non erunt quid reale? Nec referret, si diceres, habere modificationes eandem entitatem, quam habeat substantia modifica: Nam substantia esse suum sine his habet, idèque ab ipsis distinctum, nec possunt illæ constituere suæ entitatis partem. Paulò post vir sanctus:

*Quandoque ad ostendendam suam virtutem infundit homini illos etiam habitus, qui naturali virtute possunt causari.*

XXVI. QUEMADMODUM entium materialium alia sunt perceptibilia visu, alia non sunt, ut effluvia, & aër; quidni & entium in genere præter materialia & spiritualia tercia quædam admitti possit species, quæ nec sint spiritualia ut angelii, & animæ, immo nequidem materialia, tametsi ad nonnulla producenda unà cum anima etiam corpus, & materia concurrat? Hunc incensum referri oportet habitus virtuosos; & cum assignari ipsis convenienter & nomen, & status, quidni vocari possent entitates morales, quatenus nimur non cadunt sub sensu, nec videntur, nec manibus palpantur? Imo cur non potiori jure hujus classis entia discriminari à cæteris possent per nomen entitatis inhærentis, seu inextensitatis? Vocabula ordinario, atque consue-

tum hodie idioma congruit optimè cum corporum natura; verum hic de alio rerum genere agitur; idèque alia quædam requiri videntur vocabula. Inter entitates vero inhærentes primum, ac præcipuum tenere locum deberet Divina gratia, ac reponi in classe virtutum à Deo infusarum, ac vocari entitas superna inhærens; quandoquidem à Concilio Tridentino traditum est, quomodo inhæreat animis, fuitque à Catechismo Romano definita *Divina qualitas in anima inhærens*. Non sine certa quædam molestia audire videamus, aliud non esse Divinam gratiam, quam modicatem, nec habere esse ullum proprium, ac reale illam gratiam, quæ effectus adeo sublimis, & tam grandia in dies operatur prodigia; illam, quæ liberum nostrum arbitrium liberat, atque ad bonum supernum, atque operationem meritoriam extollit; illam, quæ, in quantum inesse potest, & non inesse animæ, dici potest accidens, sed ejusmodi accidens, quod citra comparisonem sublimius multò est, ac nobilius substantiam id recipiente, & cuius gratia præcipue scripsisse videtur D. Thomas, *nihil prohibere quandoque accidens esse dignius substantiam*. Existit itaque Divinæ misericordia tam præciosus in nobis thesaurus: At existere in alio non idem est, ac non existere.

Quæ haec tenus dicta sunt prorsus non sunt necessaria ad quæstiones circa dogma versantes. Sufficit, si adjutorium à Deo in hominem transfusum non confundas cum voluntate, nec afferas tenuem, quiaunque inspirationem non esse donum quodam minus ab ipso concessum, sed ipsummet Deum. Ostendere duntaxat in animo fuit, quam inepte tam crebra Anonymus convitia in eos conjecerit, qui credunt gratiam esse speciem quandam, ac certum genus entis, quam in justè item deriserit scholas Theologicas, quasi gratia quidditatem ab Aristotele derivent. Adverni insuper potest, quam irreligiosè, atque indecenter venerandam illam Dei gratiam toutes vocavit *entitatem*, ejusque descriptions comparari enigmati. Cognoscere licebit præterea, quanto cum errore, ad captandum ex sententiis adeo absurdis, famam aliquam tantopere amplificaverit systema, juxta quod aëtus humani certò non amplius sunt liberi, cujusque summa est, quod velint, gratiam esse insuperabilem, ac necessitatem, non concedi nobis à Deo gratiam sufficientem, non habere nos libertatem ad bonum, & malum, actusque bonos nobis immediatè infundi, hoc est, ante quam possit deliberare voluntas, & quia habeat sc̄e opponendi facultatem.

FINIS.